

FRANCISCI TERTII

BERGOMATIS SERENISSIMI FERDINANDI ARCHIDUCIS AUSTRIÆ DUCIS BORGUNDIÆ. COMITIS TIROLIS ET.C. PICTORIS AULICI AUSTRIACÆ GENTIS IMAGINUM

PARS PRIMA

LECTORI

En tibi lector, et spectatov candide, Austriaci coeli lucidissima Sydera, Principes duces, Reges, et Imperatores ordinata Serie cum suis imaginibus, insignibus, tropheis, et elogijs descriptos: mox habiturus reliquos a prima origine illustres comites uiros, et matronas ad Austriacum genus inclytum pertinentes, tum affinitatis uinculo, tum quouis alio iure necessitudinis illi coniunctos. Assiduo in ea lumina oculos intendat quisquis humanæ uitæ cursum bene, beatèque agere optat: tutum ille portum, et fidam uirtute prouia stationem inueniet. Interim Deo immortales memori animo gratias habeat quòd tam amica numina terris concedat. Vale.

IO. MARII VERDIZOTI ENCOMIUM PICTURÆ.

Quis te sacra parens rerum Pictura, Poesis
Docta manus, non mentis inops aquare canendo
Audeat, et meritis dignas componere laudes?
Iam tua perpetuo quæ fulgent sidera cursu,
Aera, et undiuagum uastis cum nauibus æquor,
Omnigenamq; potest uirtus confingere terram:
Et quincunque animam uariarum semina rerum
Naturæ ingenijs gaudent producere ævum.
Insuper æthereas metas transcendis olympi;
Et superiim formas, et numina sanctia Deorum
Noberes supra uires animantia mundum
Odentes populi, nullo tractabile sensu
Argumentum, ingenij, et tantum mente colendum.
Nec tum uana facis: nam cum immortalia prorsus
Mortales haud nosse queant sine lumine sensus,
Subijcis illa oculis, memoranda et numina monibus.
Cætera quid memorem? quanta et miracula fundis?
Æmula tu alterni te profers digna parentis
Diuinas uires, et non imitabile numen,
Dum quæ corporibus promuntur lege perenni
Artificis rerum summi, tu numine pandis
Ipsa tuo referens uitæ sub imagine sensus;
Exprimis et ueros ficto sub corpore uultus.
Tu facunda silens reuocas post funera ad auras
Vitales auras Erebi pallentis ab umbris
Corpora magnanimum spirantia pene uirorum:
Præclaroq; habitus animorum, cœpis et oris
Inuitis Darcarum animis exire sepulchris.
Nunc quam te memorem? Diuam ne? an nominis unam
Æstimandum? ad alijs facilis tu nomina dones,
Nomina magnarum signantia pondera rerum
Officij ueneranda tui sub nomine tantum.

Per te Tempus edax, per te Mors impia nunquam
Gaudeat Heroum tandem eschocasse figuras
Audriadum: cedant, cedant oblitua Lethes:
Nanque fores reseras uitæ melioris: et horum
Viribus egregijs uultus per secula, mores,
Spectandos populis, imitandos Regibus offers.
Inde piogeneri fictum comitata per omnem
Annorum seriem semper memorabile nomen
Musa beat facilis: meritis et laudibus ornans
Plena Dei passim lapsa commendat honori.
At cum tempus erit, quo rerum dignior ordo
Succedens operi celebri te marte reposcat,
Describes acies, describes horrida bella
Cæsaris omerita pro religione suorum.
Primum ære extundes uarias ut tum idiq; gentes
Conuocat imperio circum auxiliaribus armis:
Vt coniurati uenient in prælia Reges
Pro populis, patriisq; penatibus, et magnis Dys
Vtq; rium sanctæ formantis robora pacis
Ante alios Veneti stolabunt arma Leonis
Tutorem fidei, fides communis in hostes
Bellorum foto strepitus Aquilone mouentem;
Atque crucis populos omnes uexilla sequentes.
Quæq; tenent animos sceleris uestigia nostri
Discordes studijs falsa sub imagine recti
Insignis pietas abolebit numina, plena:
Numine, quo tandem uos depulsa maligni
Humanas fugiet: turpis Discordia mentes:
Pandenturq; cruces, fœdaq; fœdere iunctæ.
Tumq; ipse inualida exutus formidine membra
Forte comes fuerim patrio cum milite castris:
Nec me tela Scithæ, nec belli fulmina terrent,
Falcati uo enses, species uel barbara frontis,
Thermodoontiaco aut feriantes more phalanges.
Quinetiam pulchra suadent accumbere morti
Pro magna Hesperia, et pro Regum pace meorum.
Sic (O Di proprerent) actis meliorbus annis
Deuictos late populos Oriintis, et Austri
Cernere erit dominasq; Aquilas fregisse nefanda
Viribus Augustis scelerate cornua lunæ.
At tu præ reliquis pulchris conspectus in armis
Germanas inter medius gentesq; Latinas
Maximiane tuum felici sidere regnum
Ipse recognosces late: uictumq; per orbem
Cæsareos duces recidiuo iure triumphos:
Quales Tarpeia non unquam uiderit arcis
Pompa, nec antiquæ forsan Capitolia Romæ.
Hos ego Pieria redimibus tempora lauru
Pone sequar: lætusq; canens tua prælia Cæsar
Vocibus Aonium magnis Elliona ciebo;
Certatimq; omnes uenient in carmina Musæ.
Parte alia belli Requies uictricibus armis
Strata tacens, tædem, et auraui oblita priorum
Dormiet: hæc hilari spectabit Gloria uultu
Armorum uarijs circum splatia tropheis.
Et septemgeminus stagnanti corpore Nilus
Mollior inde fluet: triuiq; ex ore superbas
Effundet lachrymas superato gurgite fontis:
Et genus omne necis latebroso uortice condet.
In medio assurgens aureis Victoria palmis
Stabit tela tenens dextra: pendente sinistra
Et spolia inuictis apponet barbara flammis.
Tunc erit omnis amans: omni tunc uictor ætas
Omnis erit: tunc Pax totum pandetur in orbem:
Aureaq; inspicient meliores sæcula gentes.
Interea donec superi meq uota retardant,
Et studiosus amor præsentia munera solut,
Salutet æternum Heroes salutet futuri
Austriadum: longus quos iam post fata triumphus
Longa manet terris Virtus
super æthera uexit.

ANTONIVS GROTTA
LECTORI

Austriacæ seriem, et clarissima stemmata gentis,
Et ueros habitus, et uiuos aspice uultus,
Ipsaque corda Ducum spirantibus impressa tabellis
TERTIVS (in magnis sæpe est audacia felix)
Extudit: illa quidem nota et gratissima ut esent
Omnibus Heroum ueneranda tuentibus ora,
Armaq; propositiq; notas, insignia. sed si
Si quis erit, regale genus qui pectore magno
Sentiat, et pulchro ad laudem correptus amore
Quærat iter, stimulosq; aciem quo flectat utranq;
Ille dedit. neq; enim est alibi q; sanguine in isto
Semideum egregias longo ordine cernere laudes.

Cum priuilegio per annos XV

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=oselli-g-ab2-0006
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig